3613 Laribus Augustis G[*enis Caesaru*]m[1] sacr[*um*].
Q. Rubrius Sp. f.[2] L. Aufidius Cn . . . . . . iciniu[*s*]
Col. Pollio Felix P . . . . [*P*]hileros
[*m*]agistri qui k. Augustis primi[3] mag[*isterium ini*]erunt.

Lares duo rhyta tenentes, et praeterea homo caput toga involutus, d. pateram tenens.
In utroque latere: duo homines libantes ad aram; adstat tibicen.
In postica: corona querna et lauri duae.

Romae, ara marmorea (VI 445 vidit Henzen). — 1) *Supplementum non certum, cum etiam littera* m *non omnino certa videatur.* — 2) *Magistros vicorum e plebe cuiusque viciniae lectos esse testantur Suet. Aug. 30 et Dio 55, 8, libertinos plerumque fuisse apparet ex inscriptionibus quae sequuntur (cf. etiam VI 33. 34); hic quoque non fuit ingenuus, sed incerto patre natus (ita enim accipiendum* Sp. f., *cf. Mommsen Staatsr. III p. 72 not. 4. De tribu Collina spuriorum cf. Mommsen ib. p. 443).* — 3) *Magistros vicorum instituit (vel restituit) Augustus circa annum u. c. 747 (certe sub hoc anno rem narrat Dio 55, 8). Et ipso anno 747 inierunt vicomagistri, ad quorum fastos pertinet VI 2222; in aliis vicis magistros primos reperimus initisse a. 742 (infra N. 3620), a. 745 (infra N. 3617), a. 746 (supra N. 3090), a. 748 (supra N. 3308, item VI 343). Ab aliquo ex primis illis vicomagistris positus est etiam titulus VI 128 Dianae.*

3614 Laribus Augustis *(Lares duo saltantes, rhyta tenentes). In latere sin.:* imp. Caesare Augusto XIII, M. Plautio Silvan. cos.[1], *(vir togatus caput toga involutus; alius similis lituum tenens, inter hos gallina vescens; mulier velata pateram tenens)* D. Oppius D. l. Iasó, D. Lucilius D. l. Salvius, L. Brinnius D. l. Princeps, L. Fúrius L. l. Salvius, | mag. vici[2] sandaliari[3]. *In latere dextro corona querna (civica) inter duas lauros infra recisas. In postica Victoria clipeum ad tropaeum adportans.*

Romae, nunc Florentiae, ara magna marmorea (VI 448 vidit Henzen praeter paucas litteras nunc deperditas. Cf. Dütschke Uffizien p. 120 n. 218). — 1) *A. u. c. 752.* — 2) *Magistri huius vici creabantur inde ab a. 748, cf. supra N. 3308.* — 3) *Vicus regionis quartae urbis Romae, cf. supra N. 3308. Nomen habuit ab Apolline sandaliario (Notit. urb. reg. IV), quem Augustus dedicaverat (Suet. Aug. 57).*

3615

(in latere sinistro)	Larib. August[*is*]	*(in latere dextro)*
P. Clodius P. l.	. . [*R*]oscius C. M	. . . s L. l. Salvius
Lar	. . manius C. [*l.*] . . stus	*Lar*
	mag. vici anni noni	
	sacrificium	

(in pavimento ante aram) [*ma*]g[*i*]stri vici Aescleti[1] anni VIIII.

Romae, ara, rep. non multum a Tiberi, ubi iam dicitur 'via Arenula', translata in museum Capitolinum (VI 30957 Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 266; Gatti bull. comunale 1889 tab. III cf. p. 69 seq.). — 1) *Vicus Aescleti praeterea non memoratur, memoratur Aesculetum a Varr. de l. L. 5, 152 et a Plin. h. n. 16, 37.*

3616 [*Laribu*]s Aug. | [*aed.*][1] reg. I | [*vi*]co III ararum[2], | iussu | C. Ponti Faustini | Graniani pr.[3], | mag. fecerunt: | Valerius Onesimus, | L. Pompeius Euphrosyn., | D. Granius Augustinus, | Ti. Claudius Hermes.

Romae rep. ad ecclesiam S. Gregorii in monte Caelio (VI 453 vidit Henzen). —

archive.org